

Amici vobis erint ab mi-
strati sicut Habem eis
vixit & sc̄i ut in teletio
ne praetoriantur ut mhi
fusimeti si tribuar
iae deputantes delice in
ramatu resurrecte et sancta
missis qđ detribus au-
tem sc̄i deinceps mut
disdeorū infyoriū Nihil
minus vnde est in seā s̄imp
liciū necessariū s̄ic quis
eq̄ p̄tibet qđ non in
mir. Ili aut̄ neglere
irr alius interlla s̄ia.
in mem̄ s̄ia; Amicissi

tantū adfūntatione huiuspre
serni p̄fūent uiae. qdē mīnd
deleſtā nō quē cū tñas s̄ patet ap̄o
Vnde dicitur. At illi nō ḡerūr̄ & abierū
alii innullā fūā alii s̄ alii negotiatio
nēr̄fūā. In nullā itē ēl̄ i. mītēnē

moderatae incumbere. In ecclasi
tione vero ite et ad agnitionem vero iecu
latum lucis inharetur. Quia enim
alius intentus labor in terreno. alius
vero mundi huius ac agnitionib[us] destru
my fieri in incarnationis dormicac

perire. & scdm illū inire. dñs m
lat. quisi astilla uel negetum p
gen. uenire ad regis muptias recusat
et plerumq; quod e gratiis simuli

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

F R I D A Y L E S S O N S
CONTINENTUR IN VOLUMINE
DUXCANI LINDELI SCOTI
Disputationes.

Theses Logicae.

Propositiones Astronomicæ de Hierum & Annis differentijs
De facultate vegetante.

De Philosophia ejusq; Instrumentis.

I. Meteororum de Misericordiæ Disp. I.

II. Meteororum de Contortione Disp. II.

Disp. Pathologiarum, I. de Morbis.

II de Causis Mortis in græ.

V.

VI.

II X.

Disp. posterior de Progredijs

De Pestis disp. prior.

De Natura & Facultatib. medicamentorum.

De Compositione & Preparatione medicamentorum.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib, Sacrificiis &

De Febris Natura & diss. I.

De Febris diss. II.

De Febris diss. III.



Disputatio de Febribus
SECUNDA.
Continens
**FEBRIS EPHE-
MERÆ NATVRAM,
DIFFERENTIAS, CAVSAS, SI-
gnas & curationem,**

Quam

D. T. O. M. a F.

Sub praesidio
DVNCANI LIDDELII SCOTI,
PHIL. ET MED. DOCTORIS, EIVSDEM FACVL-
tatis & Superiorum Mathematum Professoris Publici, in
illustri Academia Iulia,

pro viribus tueri conabitur

IOANNES LOIECIVS OPPOL.

Siles. Med. stud.

Ad 29. Nouembri.

HELMESTADII,

Excudebat Iacobus Lucius.

Anno CIC. ID. CI.


NOBILISSIMIS,
CLARISSIMIS ET
EXCELLENTISSIMIS
VIRIS,
DOMINO MATTHÆ TIMI-
NO AB OTTENFELD.
DOMINO ELIAE CVNTSCHIO
DE BREITENVALDT.

PHIL. & MED.
virius Dot.
exercitatis.

Dominis & Amicis suis.

obſe & benevol ergo
O & C. IOANNES LOIECIUS
Respondens.

IOANNES IASOPH APPOL



HIERONIMVS TACITVS
Excepit IASOPHUS TACITVS.
Anno Cœ. id. cr.



THEISIS I.

Ecce in tradendis cuiusq[ue] generis speciebus parum re-
ferre videatur, à qua potissimum initium facia-
mus, tamen cum inter species febrium Ephemeræ
omnium simplicissima, breuissima, & curaru facil-
lima sit, satius esse dicimus ab ea ordiri.

2. Inditum autem huic febrium generi, Ephemeræ sive Diarie nomen, non ab essentia eiusdem, sed conuenienti nomine distituti, ab eo quod sapissimè sit, clarioris doctrina gratia. Vocatur Ὀψερος unius dicti opus, unde Aristot. s. de histor. ani. animal illud, quod eodem quo nascitur die decedat, ἐφίμερος appellauit: item Κολχιδιος Dioscorides Ὀψερος nominauit, quia eodem die, quo assumitur hominem interficit: pariratione febris, que in spiritibus primo resides, ab eo quod ut plurimum sit, Ephemeræ dicitur. Nam plerumq[ue] febris ista ultra unum diem naturalem, sive 24. horas non prorogatur, rarisimè ad plures dies extenditur, & potissimum ubi dependet ab obstructione, aliaq[ue] causa permanet: nam spiritus cum tenuissimi sint, facileq[ue] dissipabiles, citò facileq[ue] incalescunt, & cito ad naturalem temperiem redeunt, aut calidiores facti, facile exhalant, nouiq[ue] in corde cito gignuntur, non affecti à calore prater naturam, nisi à causa aliqua fouetur, que non sint, calefactos preter naturam spiritus refrigerari, sed sanguinem simul calefacit, unde Ephemeræ extensua, & synochus simplex non putrida.

3. Definiri poterit Ephemeræ calor præter naturam accensus in spiritibus potissimum, aliquando simul in sanguine, sed sine purredine, Definitio
Epheme-
ræ,

& à corde per arterias & venas in totum corpus diffusus, actiones

manifeste laedens.

4. Consistit Ephemeræ in calore influere à corde per arterias potissi- Subiectum
mū, aliquando in sanguine concalfacto sed nondū purri, & primo spi- Epheme-
ræ,

risus vitalis, qui in corde & arterijs continetur, accenditur, deinde spiritus naturalis & animalis: nisi enim calor non naturalis spiritus cordis occupauerit, & calor naturalis cordis in igneum conuerteretur, febris dici nequit, licet causa accendens febrem alias ab alio spiritu incipere queat, ita tamen, ut mox ex eis inveniatur, donec dispositio ad cor & spiritus vitales persingat. Nam aliquando a naturali spiritu incipit calor non naturalis, ex ebrietate, satieta, inedia &c. aliquando ab animali ex vigilijs, curis, cogitationibus &c. non raro a virali, ex ira feruore, mero &c. Accenso calore marino in cordis spiritibus, sine calore cordis in igneum mutato, necessario in ratione corporis per arterias & venas effunditur, ut superiori disputatione monstratum est.

5. Omnis autem calor febribus acris igneus est, at calor Ephemera quia in tenui substantia resideret, ceterarum respectu levius est, facileq; dissipatur. Quod enim materia qua accenditur, crassior densior est, eo calorem vehementiorem acrioremque concipit. Residet calor febri Ephemera in spiritibus, placrumq; solis; aliquando in sanguine tantum concalfacto, nondum verò puri. Nam quando spiritus primo acceduntur, deinde solida cordis substantia, ita ut constituantur in concalfacto esse, ari humores in ventriculis cordis, ut purificare incipiant, tum diaria non permanet, sed è diaria in hecticam aut purridam transitus erit. Verum quando sanguis tantum concalfit, sine ulla purredine, febris à natura Diaria nondum degenerabit, licet in sanguine concalfacto consistat, & ad plures dies extenderatur. Nam magna Ephemera latitudo est, & non necesse dum in puridadi hecticam transit, nouam quandam speciem imaginari qui neutrini extremonum formam exhibeat, & indivisibile consistat, sed sufficiunt tres illa prima febrium species.

Differentia 6. Omnis enim febris orta à sanguine tantum super calfacto ad Ephemera aliud genus quam Ephemera referri nequit. Itaq; Ephemera duplex ratione erit. Una simpliciter dicta, quic consistit in spiritibus tantum & horis subiecti. 24. Siue die naturali placrumq; finitur. Raro ad secundum, rarissime ad

me ad tertium excedit. Altera que consistit in sanguine concus-
tatio & ad plures dies prorogatur, que synochus simplex & sine pu-
tredine propriè dicitur, à Barbaro synocha inflativa. Dico pre-
priè, quia communiter omnis Ephemero plurimum dierum, Ephemero
synocha dicitur, licet non semper consistat in sanguine concusfacto.
ut infra dicemus.

7. Virag febri uno circuitu continetur, & calorem leuem mi-
remq; habet, ut hec tica acrem cum squallore; putrida acrem cum va-
porum copia. Verum distinguuntur non solum temporis diurnitate,
sed etiam quantitate calorū & magnitudine caussarum. Nam cal-
or diaria, qui consistit in sanguine acrior est, quam qui in spiritibus,
& magnam vaporum copiam edit. Sed calor & vapores in syno-
cho simpleti minus acres sunt, quam in febri purrida. Deinde diaria
simpliciter dicta & synochus eisdem caussas habent, sed vehementer
multo, synochus tenuiores diaria exquisita.

8. Accenduntur autem primò à causa calefacientibus spiritus
in corde, deinde si à causa actu foveatur, quæ non finit spiritus re-
frigerari, ad plures dies prorogatur, & si adst. plerora, plerumq;
sanguis sensim incalescit, unde synochus sine putredine oritur. Ig-
natur diaria omnia vel in spiritibus tantum consistit, vel in sanguine
tantum concusfacto, ceteriq; tres succi febrem non excitant, nisi
puerescant. Nam Melancholia & pituita non accenduntur sine pu-
tredine. De Eile flava dubitatur. Nam Fernelius ex nimia bilis
conciatione synochum non tam oriri putauit. Verum cum pleriq;
litterici, quibus bilis redundat & conciatur febre careant, credibile
non est à bile sine ulla putredine febrem oriri, aut circa omnem pu-
tredinem ita conciari posse ut per se simpliciter febrem exciteat. Non
tamen existimandum est cum Atheno, omnem febrem à putredine
oriri, nec perpetuo caussam aliquam coniunctam habere. Febris quidem
putrida sine causa continua quæ eam genuit alio aut foveat con-
sistere nequissima. Ar hec tica & diaria sublata causa, febrem accenden-
te, raga diu durat, quam diu calor quem spiritus & solide partes con-
ceperunt.

Causa 9. Origo autem Febrium Ephemerarum est à causa procatarcti-
phemera-
rum.

ca; procatarcticas autem sive externas causas vocamus, non quæ ex-
trinsecus semper aduentu[n]t. (Nam quedam intrinsecus promana[n]t;
ut Excreta, & Reicta præter naturam: nonnulla à nobis excitantur
ut morus, quies, affectus &c.) sed quæ omnibus extrinsecus parent, &
interea non numerantur, quæ corpus nostrum constitunt, quarum
alii necessaria sunt, ut sex res non naturales, alii fortuitæ.

10. Peculiariter verò Ephemeram excitare omnes causa alijs fe-
bris communes, excepta putredine, de quibus superiori disputatione
ditum est. In specie vero, secundum Galenum, ira, sollicitudo, tri-
stia, vigilia, laetitudo, que ad motum improbum referuntur. Se-
cundo etsi à calore solis, ignis, balnei & simili. Item adenum
& inguinum tumores, ut bubones, à quibus per continuam altera-
tionem vicini paribus calor communicatur, donec ad cor dispositio
contingat, quæ omnia ad viciniam & contactum rei calida reduci-
poientur.

11. Terrio pororum cutis & meatuum consipatio, transpiratio-
nem fuliginosorum vaporum impediens. Oritur autem consipatio
ab obstructione exilium meatuum, sive paruarum venarum, & ar-
teriarum à crassi & viscosi, ani topiosis succis, vel ob meatuum com-
vicieniam, & subsideniam, ex immoderata corporis densatione, à
frigore, balneis, aut medicamentis refrigerantibus & astringentibus,
ut balneis frigidis, aluminosis, &c. aut ex cutis nimia exiccatione,
ab usione, dura frictione &c. Præterea ciborum cruditas in ventri-
culo, ubi in nidorum tam, aut fumosam qualitatem corruptuntur,
ephemeram accendere solet, & simul in ventriculo affectum phleg-
moni similem. Item catarrhus acris, alimenta & medicamenta a-
ctu vel potestate calida, quæ omnia ad permixtionem rei calida re-
feruntur.

12. His causis adduntur ab Auren. alijs, timor, gaudium, ani-
mis tranquillitas, Somnus & quies immoda[re]a, dolor, fames, siti, Syn-
cope, nausea, crapula, immoda[re]a euacuationes, asperitas cutis &c.

Hab

Has omnes causas Anicen ad tria genera reducere videatur: primo, ad perturbationes animi, vel corporis, sub quibus ira, vigilia & sibi. Secundo ad affectus corporis, sub quibus constipatio obstru-
ctio, bubo. Tertio ad ea qua ex tunc secus obueniunt, ut astus, frigus &c. Origo quidem Ephemerarum est à causa aliqua Procaitarchicas & pos-
tissimum Diariarum, que uno die terminantur, que vero plurimum
sunt dierum, aut in altam febrem degenerant, ab interna aliqua
causa founentur, licet initium habeant à causa evidenti & recenti.

13. Omnes haec cause pari modo in omnibus febribus non accen-
dunt, sed alia magis per se, ut astus, alimenta calida, suppressio cali-
di efflungi, inflammationes adenum, Ira, laſtitudo: aliae interuenien-
te uno, aut pluribus mutationibus, ut quies, somnus, animi tran-
quillitas &c. vi superiori disputatione dictum est.

14. Omnia oportunitatim sunt ad hanc febrem, qui tempera-
mento calido, siccoq; praediti sunt, & multos, acreq; fuligines collig-
ant: tales enim ab astu, mosu improbo animi, vel corporis, prava
victus ratione & similibus facile incalcentur, & à constipatione po-
rorum cutis, fuligines coaceruati facile efferuercent, breuiq; spiritus
inflammant, ac communicato calore ipsi cordi Diariam simpliciter
dictam excitant: Diariam vero extensuam, siue synochum com-
muniter dictam, haecdem causa si vehementiores fuerint, aut actu
febrem ita foneant, ut non sint nisi spiritus calefactos eo temporis spa-
cio refrigerari, pricipue magna constipatio, cruditas, Catarrhus, bubo.
Synochum vero simpliciter, propriè dictam, si sanguis concalefiet, &
valida meatuum obstructione cum plesiora.

15. Quod si corpus Cacochymicum fuerit, plerumq; Ephemera
in putridam degenerare solet; nam nisi virtus succus penitus trans-
spiret, necesse est, ut putrefiat: Si enim à spiritibus ad cordis substanz-
iam sua caliditatis transsumpto, in hec tam degenerabit, ut supe-
riori disputatione dictum est. Nam corpus calidum & siccum, si in-
edia vitatur, Ephemera aliquando in hec tam transit, per inediem
enim non solum bilis concitat, & materia acier reddatur, sed et-
iam

iam calor innatus, qui nunquam otiosus est, cum non inueniat com-
modum obiectum, agit in sanguinem, solidasque partes. Deinde Ephem-
era si à prohibita transpiratione oriatur, & visamur, qua obstruc-
tiones non aperisunt, non solum febris prorogatur, sed etiam successu
temporis necesse est humores purgesceri, & Ephemera in putridam
degenerare, maxime si adest Cacochymia, aut plethora quo ad vires.

Differentiae 16.

Ephemerarum.

Differentiae Ephemerarum sumuntur à subiecto, à duratio-
ne, & causa Ephemeram accendentibus. A subiecto: alia Ephemera
consistit in spiritibus tantum, qua Ephemera simpliciter dicitur, alia
in sanguine concialefacto, que synochus proprie vocatur, ut supra di-
ctum est. Deinde à duracione, alia exquisita, simplexque est, que
ultra unum diem non prorogatur, alia minus exquisita, que ad plu-
res dies extenditur, unde Ephemera extensiva dicitur, & communica-
re quidem synochus simplex aut sine purgatione. Verum proprie iux-
ta Gale, & Aerium omnis Ephemera plurim dierum synochus sim-
plex non est, sed illa tantum, qua consistit in sanguine concialefacto,
cum magna benignorum vaporum copia, à valida meatum obstruc-
tione, potissimum in corpore Iuuenili, & Plethorico.

17. Nam ubi Diaria ex constipacione vasorum circa custim ori-
tur, si exigua fuerit, probeque turetur, ultra unum diem non produci-
tur, & Diaria exquisite vocatur, eadem in similibus ratio est: at si
non recte turetur, in Ephemeram plurim dierum interdum trans-
mutatur, potissimum in corpore Cacochymico, dum multum fu-
erint voraces, item in plethora quo ad vires. Idem eneire soles
in Ephemera, à bubone, crapula, ac catarrbus, sed ha febres proprietas
synoches non sunt, lices ita communiter decantur. At si constipa-
tio meatum causa febris fuerit, à valida obstructione, & humores
vibementer impacti in corpore plethorico calido, Ephemera plurim
dierum oritur, qua synochus simplex dicitur, Barbaris synocha in-
flativa, & à synochis putridis tota essentia sua distinguuntur, lices u-
traz una accessione continetur.

18. Cum autem in omni synochio proprie dicta, ex effervescencia
humor-

humorum, magna vaporum copia attollatur quae tota non expirat, & ea que proxima sunt accendat: ex proportione illius quod accenditur, ad id quod transpirat, sive ex intensione vel remissione caloris febri-
lis, in tres species synochus dividitur. Nam primo quando a princi-
pio ad finem calor similis perseverat, & id quod accenditur, ei, quod
transpirat, omnino par videatur, ut nec minui nec augeri in toto de-
cursu calor sentiatur, eiusmodi febres Grecis ιρωνες, & ακμασινες
appellant, si illorum duorum proportio in aequali fuerit, calor simi-
lis non permanebit, nam si id quod accenditur vincat, necesse erit ca-
lorem febrilem continuo incremento sensim inualescere: si id quod
transpirat: vincat, febrem statim a summo quasi vigore incipere, sen-
simque minui, priores επακμασινες & ιαστινες: posteriores μεγα-
μασινες vocant: omnes ha febres uno circuitu contineantur sine villa
repetitione, nouaque accessione quemadmodum synochus purrida, in
qua massa sanguinis, non solum inflammatur, sed etiam purrescit.

19. Postremo differentia Ephemerarum, sumptate a causis ex supra
dictis facile intelliguntur, verum causa illa in Diaria plurium die-
rum, post generationem febris interdum manet, ut qua sunt a glan-
dularum inflammatione, cutis & meatuum constipatione, crapula,
Catarrho: in ceteris post genitam febrem plerumque recedunt, & fe-
brem actu non fouent, proinde nihil propriè indicant.

20. Ephemeræ dignoscuntur precipue ex causis evidenteribus pre- Signa Dia-
gressis, deinde ex effectis, & symptomatis: in specie vero precipua gnostica.
Signa Diagnostica ex quinq[ue] potissimum desumuntur, nimurum ex:
causis febrem accendentibus. 2. Ex qualitate caloris febrilis. 3. ex pul-
su. 4. Ex urina. 5. Ex forma ipsius febris & partium eiusdem.

21. Inseparabile sed non plane proprium Ephemerarum signum
est, a causa aliqua manifesta quæ eam præcessit, incipere, licet ut
supradictum est, Ephemera plurium diem a causa interna nonnun-
quam foueat: incipere autem a causa manifesta, commune est fe-
brium Ephemerarum, non tamen ita proprium, ut nequeat alijs febri-
bus contingere, nam hec tanta aur purrida aliquando a procatareatica

incipit, licet non immediatè, à causa manifesta adhuc recensi us
Ephemera.

22. Secundo calor Ephemera tam acris non est ut aliarum febri-
um, sed suauior, mitiorq., licet in omni Diaria cōfessim ad manus in-
iectionem calor maior percipiatur, quām naturaliter esse debeat, pre-
cipue in constipatione à frigore, & ab astringentibus: tamen calor ille
ciso à manu superatur, quo signo ab Hectica etiam distinguitur. Res-
tet enim calor ille in materia renui, minusq. acri & teste Avicenna
se habet ut caliditas corporis laborantis, aut temulenti: Edit autem
synodus simplex propriè dicta potissimum magnam benignorum va-
porum copiam, non acrum ut febris putrida, sed calorem magis acrem
habet, quām Ephemera simplex.

23. Tertio efficacissima signa febris teste Galeno, i. ad Glauc. cap. 2.
consistunt in pulsibus & urinis, cum febris primo cordis deinde arteri-
arū & venarum sit affectus, & à corde pulsus, sed venosi generis excre-
mentum sit urina. De distinctione febrium ex pulsibus, superiori dispu-
tatione dictum est: nam omnes Ephemera secundum Galenum, pul-
sus in magnitudinem, vehemeniam & velocitatem, quantum in
ipsis est immutant, si nihil aliud concurrat: propriè vero ad magni-
tudinem & celeritatem effatu dignam pulsus accedit, ad frequen-
tiam non item: cum enim Diaria purredine careant, necessitas nulla
urgeat, expellendi fuliginosa excrementa, sed febrilem calorem e-
uentandi. Proinde in Ephemera, contractionis usus non augetur,
sed dilatationis, & interna quies brevior, exterior parum aut nihil
à naturali statu mutatur, atq. ita Diastole velocior est, quām Systole,
quia Diastole magis ad refrigerationem, Systole ad expulsionem fu-
liginum constituta est. Deinde inseparabile signum Ephemera est
aequalis & incompressus ascensus & in caliditate & pulsibus, sed non
plane proprium, item cessante accessione pulsus ad naturalem fla-
cum penitus redire. Si signa ex pulsibus dubia videantur, confugien-
dum est ad respirationem, cum unum eundemq. finem habeant.

24. Quarzo: quia febrilis calor in spiritibus propriè accensus est,
non

non in humoribus, qui invenis continentur, omni ḡs putredine careat.
Vrinae venosi generis excrementum, naturalibus similes erunt, aut pa-
rum ab his mutata, bene colorata, rufa, aut non nihil tincta, praci-
pū in synocho, ac prima die statim concocta, licet nonnullis harum
nebulosa, alijs Encorema, plerisq; optima hypostasis insit, nisi Epheme-
ra in putridam degenerare incepere.

25. Tandem signa sumpta ab accessionis forma, & partibus eius-
dem varia sunt. Primum facilitas tollerandi accessionem magnum
signum Ephemeræ est, incipit propriè sine horrore, rigore, frigore, nisi
ad sit irritatio aliqua à bile, inedia, & similibus. Incrementum &
quale est, vigor non immoderatus, nec intollerabilis, & sine prauis
symptomatibus, declinatio brevis, cum sudore, madore, vapore, quam
sequitur perfecta febris solusio & cessatio, intrà 24. horas, raro ul-
tra secundum diem, rarisimè ultra tertium, & potissimum in syno-
cho simplici, propriè dicta, nam in synocho non purrida calor febrilis
paulo vehementior est cum vaporum benigniorum copia, pulsus ma-
iores, frequeniores urina magis tincta, constitutio plethorica, ten-
sio venarum, rubor faciei, pulsario temporum, grauias capitis cum
dolore, &c.

26. Eisi causa diaria recentes & manifesta sunt, iamen quia
aliquando post febris generationem preterirent, aliquando perma-
nent, utile est urinasq; cognoscere, praesentes quidem, quales sunt me-
diuum constipatio, cruditas, &c. ut remoueantur ne actu febrem
funeant: preteritas vero ut perturbationes animi & corporis, esū &c.
ut curatio melius procedat, & affectus omnes prater naturam in
corpo remoueantur. Signa horum sumuntur potissimum, ab ef-
fectis nimirum calore, pulsu, urina, ex habitu corporis & simili-
bus.

27. Nam irae & furoris signa sunt: calor maior & è profundo ce-
lerius crumpens, pulsus magnus, urina calidior quam acrior, nulla o-
colorum cauitas, nec decoloratio. Tristitia vero & sollicitudinis,
calor cutis moderatior, sicciorq; pulsus minor, urina acrior quam ca-
lidior,

lidior, corporis extenuatio, oculorum cauitas & decoloratio inconsuetu-
ra cum siccitate. Vigiliarum eadem propemodum signa sunt, sed fa-
cies vigilanibus subsumida est, oculorum motus ligatus, ut palpebras
vix attollant, ipsi oculi pallidi cum multa humiditate.

28. Aestus signa sunt: cutis siccior, calidior, capitis dolor & ar-
dor, pulsus & respiratio magna, calor primo statim manus occurru, a-
erior, sed post mitis: contrà quam in diaria ex astrictione cutis.
Nam in astrictione cutis, caliditas primo minor est, sed paulo post
acrior sentitur, cutis siccior, corpus tumidius, pulsus magnus, urina
minus tincta. Obstructionis meatuum similia quidem signa sunt, ut
astrictionis cutis, verum in obstructione adeo sensus maioris graui-
tatis, urina magis tincta, pulsus variores, nullus suor & potissimum
si magnas redundantia à crassis humoribus. Nam ubi ex nimia
plenitudine aut cruditate Ephemera oritur, oculi & facies potissimum
rubicunda est, urina magis tincta, pulsus celeriores cum tensione
venarum.

29. Bubo quidem ceteraque adenum inflammations sub sen-
sum cadunt. Ephemera, vero que ex Babonibus sunt, calorem
magnum, ad statum usque potissimum, sed minimè mordacem habent,
à quo vapor calidus ex profundo prodit, pulsus in his magni, celeres
& frequentes sunt, facies rubicunda, urina subalbida. Oportet autem
has febres distinguere ab illis, que ex inflammatione visceris alicuius,
aut ex pestilentia febre, aut putredine humorum in vasis aut ma-
gnis vasis oriuntur. Nam in bubone, purrida fuligo in loco bubonis
circumscripta est, & partes proxima, una post alias calefiunt, do-
nec dispositio ad cor perit. Contrà in febribus putridis, in quibus
non tantum partes vicina accenduntur, sed etiam fumus à putrescen-
tibus humoribus aut visceribus orius per vasa ad cor defertur. De-
inde Babones unde Ephemera benignae sunt, & à causa magis mani-
festa & febribus antecedunt: at ceterae babones malignae sunt, teste
Hip. 55. apb. 4. & febribus consequuntur.

30. Quibus ex latitudine diaria euuenit, cutis siccior est, quam
in

in alia Ephemera, ante vigorem potissimum, post verò plerumq; ca-
lidus vapor ex intimo corporis effterit, nisi refrigerari, aut à sole ex-
ustis, cum laetitudine. Nam his quidem pulsus potissimum exigui
sunt, ceteris magni. Fomes caloris febrilis, siccusq; partis in qua po-
tissimum acceditur, dignoscitur ex causis procatarticis. Nam se
ab ira, ceterisq; affectibus erit fomes in corde. Si à vigilij, curu, la-
boribus, à cerebro primum calor cordi communicatur. Si à crapula,
cruditaibus, re venerea & similibus ab hepate. Signa ceterarum
causarum breuitatis causa omittio. Oportet enim non solum genus
hoc febrium cognoscere, sed etiam particulares eius differentias à di-
uersis causis orras; singula enim ferè peculiarem quandam curatio-
nem exigunt.

31. Ephemera si in corpus calidum & siccum incidat, in Hecti- Prognos;
cam facile degenerare solet, si in cacochymicum in purridam. Syno- stica.
chus simplex nisi statim subueniatur, in putridam transmutari solet,
& si magna sit plenitudo, periculum est Angina, Hamorrhagia, pleu-
ritidis, aut acerius grauis affectus. Soluitur syncobus plerumq;
sudore aut hamorrhagia, aliquando exanthematicis, idq; tertio
aut quarto die, aliquando in purridam degenerare solet. Preterea in
variolis & morbillis, febris interdu synochus simplex est. Permutatio
autem Ephemera in alias febres, dignoscitur ex modo declinationis
et usdem. Nam si declinatio Ephemera fiat circa sudorem, omnemq;
aliam evacuationem. Item si longa difficilis, pulsusq; permanens
prater naturam, una cum alijs symptomatibus, in febrem Hecticam
vel putridam transmutabitur. In quam autem febrem fiat transitus
ex proprijs illius signis non difficile erit cognoscere. Diaria que ex
adustione, cruditate, laetitudine, vigilij, aut animi perturbatione,
bubone ex evidenti causa; nunquam ad terrium diem prorogatur, nisi
quid delictum sit circa agrotanum. At quibus constipatio causa
est, q; vltro diem terrium porrigi accessio solet, & si non recte cure-
tur, merus est, ne in aliam febrem degenerare incipiat. Bonum est in
hac febre agrum ad ea qua offeruntur benè se habere, & si malum à

erapula & cruditatibus potissimum, aluum laxam esse.

Curatio E. 32. Cognitio Diaria maiorem postularat diligentiam quam curatio. Nam si probè non dignoscatur, & aliquid nos lateat, error

aliquis contingere solet in curatione, vicius ratione, unde in puritudam aut hecticam degenerare solet, licet sua natura brevissima

Indicatio- sit, & curata facilissima. Indicatio curativa sumitur potissimum ab ipso morbo, non à causa in Ephemeris simplici, quia desit, nisi febris adhuc infieri tantum sit, aut Ephemera plurium dierum, à constipa- tione cutis & meatum, à cruditate, bubone & similibus. In his cau- sa tollenda erit, ne febrem ulterius soueat; in illis quia desit, nihil desiderat, nec etiam symptomata, quia levia, & sublata febri facile euaneantur.

33. Nam Ephemera propriè dicta, quia in leui affectione tan- tum consistit, & in tenuissima substantia resideret, cuius calor sponte & citra medici auxilium euanescit, proinde raro auxilijs ullis indi- get, sufficitq; precauere, ne in febribus plurium dierum abeat: Item ne in puritudam aut hecticam degeneret; sublati causis presentibus & adhibita conuenienti dieta. A viribus autem quia integræ sunt, plurimq; nulla sumitur indicatio & propriè aut prima ratione in hac febre nihil indicant, sed secundariò & ex accidente tantum. Ipsa Ephemera indicat propriè refrigerantia, secundariò humectantia, ve- scitatis presentis vel imminentis ratio habeatur. Norma refi- gerationis sit illa, quā superiori disputatione proposuimus. Virtus indicat conseruantia, causa contraria, pro modo & ratione cause. Nam reple- tio euacuanta, constipatio cuius relaxantia, obstructio aperientia &c.

34. Ad materias auxiliorum quod attinet, in Diaria simplici, ut diximus, sola dicta sufficere videtur, in ceteris cum dieta inter- dum pharmacia & chirurgia requiritur. Dieta autem in Epheme- rasit calida, humida, sed habita ratione natura, etatis, consuetudi- nis & similium. Consistit Dieta in cura sex rerum non neuralium, quemadmodum in superiori disputatione dictum est. Sed alia arg- alia pro ratione cause. Omnim autem laborantium Ephemera, com- munis



munis victus esto cibus boni succi concoctu facilis, qui exquis meati-
bus non inhereat, ut prisana, hordet' halica, potissimum cum modico
aceto distributionis gratia, pulicula ex auenato aut hordato; pana-
rella. Pisces saxatiles, carnes pullorum gallina &c.

35. Verum febricitantium ex labore cibus sit bene nutritius ut
carnes pullorum, pants non lotus &c. similiter ex inedia: At ex re-
frigeratione alimentum sit nutritius modiceq; calefaciens: ex vigilijs,
curis sollicitudinibus, quod humectat somnum, inducit ut lac amyg-
dalarum cum semine papaveris &c. Ex ira; vstitutione; refrigeratione,
quod humectat, ut tremor prisana, lac amygdalarum cum seminibus
frigidorum. Verum laborantibus synocha, item ex bubone ante in-
flammationis solutionem, ex magna obstructione, catarrho acri, ex
vigilijs cum dolore capitis, ex ira & furore, aut si metus sit hectica vi-
num omnino interdicendum est, dandag; aqua hordei aut cerevisia se-
nus; caseris vinum concedit poterit pro consuetudine, pricipue fati-
gatis, tristibus, curis, & sollicitudinibus vexatis. Si malum sit ab
obstructione, & ex crasis frigidis humoribus, extenuantibus & inci-
denribus erit viendum, ut Syr. Aceros. Oxymell. mulsa &c. Verum
Mulsa & mel bilioſſ naturis aduersa est, & facile in bilem verisur.
Quibus autem temperatura calidior siccior, facta est, metusq; hecti-
ca, eos conuenit, circa primum accessionis insultum natrire, nec decli-
nationem spectare, multo minus diatriion Methodicorum indicere.
Quantitas alimenti estimatur ex indigentia, item ex viribus, ata-
te, consuetudine agri. &c.

36. Veteres simplicem diariam, Diata refrigerante & hume-
tante, Balneis dulcibus, mollibus frictionibus & vnguentis relaxan-
tibus poros aperientibus potissimum curarunt, qua omnia in declina-
tione pricipue conueniunt, sed aliter atq; aliter, pro modo generatio-
nis febris. Nam mos veteribus fuit frequenter balneare, adhibitis
frictionibus & inunctionibus, ut prescribit Galenus lib. 2. de Sanitate
Tuenda, & alibi. Verum hodiē pauci per valitudinem frequenter
lauare solent; multi nunquam; nulli ferè frictionibus & inunctionibus

vtrum-

vtuntur more veterum. Non consuetis igitur pro balneo viile erit
sudores in lecto prouocare, aut crura lauare cum aqua tepida decoctis:
nis Chamomill. Anethini, Malvae, Meliloti & similiu[m]: ac in vapore
aqua calida sedere, premissa molli frictione, aliquando inunctione &
fomentis relaxantibus.

37. Per balneum simpliciter dictum, apud veteres intelligitur
aque dulcis. Veteribus autem quatuor Balnei partes erant, nimirum
aer balnei, deinde triplex solium, scilicet, aqua calidioris, frigidioris
& intermedia, ubi deterguntur sudores. Verum in Ephemera
conuenit in omnibus Balnei partibus media quedam solij caliditas,
aliquando aer balnei tantum, sed rarius, & in diaria a densitate aut
astrictione cutis potissimum. Aer quidem Balnei calefaciendi, hume-
tandi & vivim habet & penetrandi, proinde relaxandi, humores concre-
tos liquandi, sed si diutius in eo ager moretur exsiccati; Aqua calida
semper madefacit, sed si adhibetur primo, calefacit, deinde exspiran-
tibus calidis vaporibus, refrigerat, aqua moderate calida refrigerato[s]
calefacit, calefactus refrigerat, poros relaxat: frigida quidem relaxat
& humeat, sed simul repellit, constipat & perspiratum prohibet.

38. In omni diaria conuenit balneum dulce, sed aliud atq[ue] aliud
pro modo cause, si nihil impedit. Prohibet autem magna obstruc-
cio, cruditas, satietas, nausea, catarrhus a frigore. Ceteris quidem
conuenit Balacum sed pro consuetudine, alijs magis, alijs minus. Fri-
ctiones in Ephemera debent molles brevesq[ue] esse, qua vim aperiendi
& relaxandi habent, idq[ue] in initio balneo potissimum, aut ante
fomentationes. Inunctiones duobus modis sunt, duplicitisq[ue] finis
gratia. Inungimus enim aliquando agrum cum molli frictione,
manibus oleo inunctis, initio Balnei precipue, ut poros aperiamus: a-
liquando sine frictione oleum adhibemus tantum, aut infundimus in
fine Balnei, aut post detersionem sudoris, ne vires concidant, ob nimi-
am pororum apertio[n]em. Ex quibus apparet Balnea, frictiones, inun-
ctiones, fomentationes &c. Omnibus eodem modo non conuenire.

39. Diaria extensua & potissimum, qua causa presentis ablati-
onem

onem exigit, alijs adminiculis indiget. In omnibus commune consilium est, ut corpus fluxile & undiq; transpirabile reddatur, ut iram, tristitiam, vstitutionem, laetitudinem aliasq; causas externas, eger fugiat, curamq; sex rerum non naturalium diligentissimè habeat, ut superiori disputatione demonstratum est.

40. Vincitur autem causa contrarium remedium adhibere oportet, labore quietem, vigilijs somnum, curis & laboribus animi tranquillitatem, ire, furori, mœrori, qua voluptatem & delectationem excitant, baboni inflammationis curationem deinde febris; constipatio pororum & meatuum, relaxanria, & emollientia, obstructio ni extenuantia, incidentia, expurgantia, semperq; omnis redundantia primum evacuanda erit, ut si aliud resistat, Clystere emollienti, aut lenitivo, ex Casta, Elect. lenitivo, diacathartic. infuso Rhabar. & similibus subducenda. Si adsit plethora aut non transpirent humores ob meatuum obturationem vena secunda pro viribus agri & obturationis magnitudine, item consuetæ evacuationes promouendæ, ut detracta multitudo meatus rarefieri, fuliginosi vapores pauciores fieri, meliusq; transpirare queant. Detracta igitur multitudo meatus referandi, Balneis, inunctionibus, frictionibus, alijsq; medicamentis refrigerantibus pro modo febris.

41. Nam febricitantibus ex ira, curis, vigilijs, nec multi fructi- Curatio
onibus, nec lavationibus opus habent, sed initio paululum molliter fri- Diaria in
candi multoq; oleo ungendi, cui nulla astringendi vis inest, ut oleo amygdalarum dulcem, lini & tandem in declinatione pro consue- specie.
tudine tantum latandi. Deinde ex ardore febricitantes statim initio refrigerationem, crebrioremq; lavationem desiderant, non au- tem oleum copiosum, nec crebram frictionem. Oleum tantum adhi- bendum non affricandum, caput statim inungendum oleo rosaceo re- frigerato &c. ad declinationem usq;, atq; ira in balneum ducendi, concessa tantum leui vapore, dulcem temperatarumq; aquarum, nu- triendisq; frigidis & humidis ut prisana, lacte amygdalino, & simili- bus. Eadem propemodum ratio est in defatigatis; sed defatigati

in balneo dulcium aquarum diutius versari debent. Deinde copioso oleo molliter fricari.

42. Febricitantes ex suppressione fuliginosorum vaporum à frigore, post vigorem, in balneum calidum magis ducendi sunt, caput & ante & post balneum calefaciendum oleis calefacientibus, ut Nardino, Irino & similibus. Eadem pendit curatio est, si contingat febris, ex densitate cutis ab astringentibus. Verum post vigorem, in balneum aquarum temperatarum ducendi erunt; & primo in aëris balneo aliquando immorari debent, deinde assiso oleo dulci molliter fricari.

43. Si malum ex catarrho, & catarrhus à frigore, initio utile est caput oleo Irino & Nardino inungere, sed à balneo abstinere ante catarrhi concoctionem. Sin catarrhus si ex ardore aut à capite calefacto, si consuetudo ferat, statim in balneum dulcium, temperatarūque aquarum ducere & caput refrigerantibus humectare: Sin ex inedia fiat, egrum in balneum ducere conuenit, & in solio tepido immorari & plurimo oleo dulcissimo perfundi, mollescere & fricare & post balneum resaci, deinde in solum calidius collucere, atque hinc nutriti alimentis boni succi.

44. Quando ex Adenum inflammatione oritur Ephemera, si redundantia sanguinis fuerit, antequam materia in parte inflammata putrefascat, oportet venam secare, tenui diaeta vii, parti ante phlebotomiam potissimum, modice repellentia imponere, (ut oxyrhynnum) postea relaxantia & resoluentia (ut oleum chamomillæ anethinum, Item fomentum ex decocto anethino, chamomillæ, fennigraci & similiis) & si discuti nequeat suppurantia (ut fomentum ex hydralco, cataplasma ex rad. lilio, alborum, altheæ & similibus) cessante inflammatione circa declinationem, tantum egrum lauare conuenit.

45. Si diaeta ex cruditatibus oriatur, considera an ob cruditatem aliud fluat, an supprimatur. Si fluat & corrupta tantum evacuaria esse apparuerint, lauandi sunt & nutriendi in febris declinatione. Iunari autem poterit materia & evacuatio infuso Rhubarbi. aut decocto

Myro-

Myrobalan. addito syrupo Rosato solutuuo. Sin plus iusto euacuatio procedat, satis erit citra balneum nutritre, ventriculo prospicere. Nutrire autem utile erit pane infuso succo granatorum, aut citoniorum &c. Exhibere conseruam Rosarum cum specieb. rosare nouell. corall. Mina Citoniorum & similib. Si fluxus cessauerit, conceduntur pisces axatiles, carnes pullorum, gallina &c. Prospicimus autem ventriculo si amplius non fluat souendo ol. absynthij, Nardino. Sin fluat, oleo Cidoniorum, Mastiches, Cerato stamachico &c. Quodsi appetitus languerit, dandum erit medicamentum oxyporium, id est, concoctorium, & ciò pernudens quale est compositum ex citonyis cum melle, Mina Citoniorum &c.

46. Quando verò aliua supprimitur ob cruditeatem, plerumq; febris augerur, & prolongatur, maiusq; malum timetur. In talibus operet materiam superfluā tantum educere, & si quid in ventre contineatur per superiora vomitu cum aqua tepida, aut oxymelite cum aqua hordei, si in intestinis per inferiora clysteribus emollientibus, detergentibus aut medicamento leniente, diata tenuissima viti post vomitorum præcordia souere, deinde quiescere. Euacuata aliua statim nutritre, & si benè dormicrit, postridie lauare, ventriculum roborare oleo Nardino, sin protrahatur febris, terzo die etiam lauare, medio-eriter nutritre cibo oxyporio.

47. Præterea in diaria ex obstructione meatum si prolongetur, & periculum sit, ne in putridam abeat, vel quia ab initio non probè curata est, vel quia humores redundantes non perfectè transpirant, primò omnium redundantiam euacuare oportet; nimirum caco-chymiam purgatione, plethoram, vena sectione, si vires, et as, ceteraq; consentiant. Detrahendus autem sanguis pro obturbationis magnitudine, & viribus, quo vasa exspirationem iuxta naturam humoribus dominentur. Magnitudo verò obturbationis estimatur, ex magnitudine febris, detracta redundantia sum demum poros & meatus rarefacere, & aperire conuenit, foris oleis rarefactientibus, vi oleo chamomel. Anerbin. Amygdalar. & medicamentis extergentibus, ex farinababarum, Erui, hordei, mulsa, aquosa &c. aſcedendo

Curatio sy-
nochi sim-
plicis.

ad radices Aristolochia, Iridis, tandem ad saponem, mirrum, mel cum aqua &c. Intus vero extenuantibus, incidentibus viendum erit, nimurum oxymelite simplici, decocto apj, fæniculi, hyssopi, pulegj, &c. si obstructio sit à crassis viscosisq humoribus, & habitus corporis minus succus: alioqui syrupo acerojo, oxy sacchara, decocto Adianti, graminis, sem. frigidorum &c. Post tertium diem non apparentibus signis cruditatis aut purredinis, si consuetudo ferat, consaltum erit a grum lauare, sc l hora minimè suspecta. Suspecta autem est, in qua sebris accessit, & prium oleo temperato, inungere molliterq fricare, deinde detergentia admibere. De ceteris vide Galenum lib 8. Meib. Aëtium, Aucen. &c.

Curatio
Synocho
simplicis.

48. Tandem in synocho simplici eadem propemodum curationis ratio locum habet, ut in diaria plurium dierum, ex obturazione vasorum, sed ante omnia in synocho sanguinem detrabere conuenit. Nam scopi curationis in synocho simplici sunt, primum plethoram evacuare, deinde meatus rarefacere & aperire, crassa extenuare, viscosa incidere, ut vapores pauciores fiant, meliusq transpirent, item calorem preter naturam exinguere, tandem partes debiles reficere & robore.

49. Evacuatior autem plenitudo vena sectione, si vires etas certag, consentiant. Secta vena tantum sanguinis detrahendum est, quantum vires ferunt. Veteres detractionem precipiunt ad animi deliquium: Verum tuius videtur, sectionem repetere, quād tantum sanguinis simul educere, ut vires prosternantur. Festinare oportet ad sanguinis detractionem, ut corpus transpiret, & agros periculo cripimus, alioquin ad summum discrimen perueniant. Nam nisi virium robore, aut fluxui sanguinis narium, aut sudore copioso à certa pernicie redimantur, periculum erit, ne suffocentur, aut in aliquem gravissimum affectum incident.

50. Ante sectionem si aliud non respondeat, & impuritas in prima regione corporis fuerit, conuenit aliud balano aut clystere emollienti subducere, ne vena exinanita prauis excremenitijs succis repletantur.

antur. Item si ciborum cruditas in ventriculo, eius concoctionem expectare, aut vomitu rejicare, nisi in mora periculam sit, viresq; op- pressae phlebotomiam urgeant. Verum in his alijsq; omnibus natura, habitusq; corporis, aetatis, sexus & consuetudinis ratio habenda est, ut in Disputatione de Phlebotomia dictum est.

51. Animaduertendum autem est, an fluxum aliquem sanguinis moliatur natura. Nam si metus sit instantis fluxus sanguinis, precipue mensum aut hemorrhoidum, minus sanguinis detrahere conuenit, tantumq; relinquere, quantum per alias vias euacuandum putas; sin natura aperit hemorrhagiam tentare, satius erit rotum negotium nature committere, & si non satisficerit, inuare. Secunda autem erit vena iecoraria potissimum nisi aliis affectus superueniat, (ut angina, pleuritus) & initio morbi potissimum, licet etiam postea si omissa fuerit, & vires ferant, vel septimo die viriliter scarri queat: sin vires non ferant, aut aeger renuat, scarificatione crurum sanguis aliquando minui poterit.

52. Galenus duo precipua huius febris remedia statuit, phlebotomiam & aqua frigida potionem. Si omisssae sit venae sectio, aut re- cuset aeger, ad frigida porum confugiant veteres, sed non in omnibus sine discrimine, nec quocunq; morbi tempore. Datur autem aqua dulcis, optima qualitatis, gelida, quantum ex quo bibere liceat, aut quantum una respiratione haurire queat, non in principio, nec in augmen- to febri, sed in vigore apparentibus signis coctionis. Datur autem viriliter his, qui per sanitatem frigida affecti sunt, visceraq; firma habent, & succi pleni sunt, valida existente febre, & constante vir- tute. Nam talibus opportuno tempore exhibita partes solidas corroborat, ut humores concoquere, bonos retinere, malos per vomitum, aluum aut sudores rejicare possint. Lauduntur vero aqua frigida po- tri plerumq; qui affecti non sunt, qui parum sanguinis aut carnis ha- bent, qui tumorem preter naturam & inflammationem in visceribus, aut sunt referti crassis viscidisq; succis, item quibus ventriculus, gala & nervorum genus debilita sunt. Nam ex his nonnulli intem-

pestitua frigida potionē paulo pōst in hydropem, spirandi difficultatem, tremorem, conuulsionem, lethargum, aliumue grauiſſimum affectum inciderunt. Frigida loco non affuetis, imperantur Iulepi & syrupi, ut syrup. acerofiat. cirri, Endiuia, Acerosa, oxyſacchara, viol. Iuleb. vjol. Rosa &c. cum aquis appropriatis.

53. Post detractam sanguinis debitam quantitatem, plerumq; corpus ita refrigeratur, vt aui nullis aut perpaucis refrigerantibus opus habeat. A vene ſectione pōst duas horas exhibere conuenit aquā hordei ſaccharatam, deinde modicum hordeai aut panarella, deinde quietem ſomnumq; imperare & ſi adſint vigiliæ, exhibere lac amygdalarum cum ſem. papaveris, lactuca &c. Arg. ira ad tertium usq; diem tenui diæta uti potissimum in robustis, ubi breui vigor expetatur. Datur autem prisana hordei, pulicula ex hordeato aut avenato, item panis triticis, imbutus & incoctus expreſſione ſem. melonum, aut iuſcula carnium condita lactuca, Endiuia, Acerosa. Potius ſit aqua hordei aut cereuia tenuis. Tempus dandi cibi ſit hora minime ſucepta, ſed cum synochus ſimplex à principio ad finem eadem ſit, aquæ toleratur cibis quanis hora, modo exigat virtus; eligenda tamen est hora conſuetra.

54. Quarto die, ſi nihil impedit, utile erit in balneum ducere, conſtipationes meatuum & pororum curis aperire, ut ſuprā dictum eſt: quando reſiſtit aliis mollibus clyſteribus incitare aut medicamentis lenientibus, ut Elect. Diacatholic. Diacafia, Infuso Rhabar. Syr. ros: ſolur. Manna. Purgandi quoq; ſcipius ſi febris protrahatur ne ſerofa aut bilioſa excrementa putrefiant. Si crassities aliqua ſit in humoribus, attenuanda & incidenta erit Syr. acerofia, de Byzantijs, oxyſacchara &c. aliquando oxymelite, ut ſuprā diximus. Attenuata autem materia ſi virinis aut ſudoribus non euacuerit, leui pharmaeo educere conuenit, deinde obſtruationes pororum & meatuum curis aperire, unde febris augetur, metuq; purredinis. Ad lentendam febrilis caloris vehementiam cordi & Epatti Epithemata admouere poter-

poterunt, ut superiori disputatione declarauimus, tandem ventrillus, ceteraque viscera corrororanda propriatis & idoneis remedij. Si diaria in putridam aut hecūcam degenerare coperit, curretur ut putrida aut hecūca, de quibus sequentibus disputationibus Deo volente dicemus.

F I N I S.

ORNATISSIMO IVVENI D O-
MINO IOANNI LOECIO AMICO

non è mulis.

Ic est, cui semel insinuat sese improba
Syren

Desidia, abstrusis gaudet is vsq; locis.
Assimilisq; v lulæ, micida illa videre diei

Tela oculi obtutu viuidiore negat.
Ait semel afflauit quem vultu dia virago

Qua Ductrice Hebes astra maritus habet.
Ille aquilæ de more frequentare aera gestit:

Phœbeum contra nec timet ire iubar.
Care Loëciades sic tu te sistis arenæ,

Vt des sudoris grande tui specimen.

Grandib; his ausis macte, & pede præpete perge,
Sin cessas, tibi fers stigmata, fersq; tuis.

Præstat enim nunquam stadium virtutis inisse
Quam Circi in medio desilijsse rotis.

EBERHARDVS MOLLER.

E I-



E I D E M.

I sic Elysia sequeris duo Sydera, quorum
Facta, Decor, Virtus, Fama per astra
volant :
Arte Machaonia, summa, qui, laude, fatigant
Agmina morborum mille, fugantq; procul :
Cur non par summis euadas ipse Magistris ?
Cur non par Tantis efficiare Viris ?
Dicam audacter: IO ! CO Æ tu Diua ES
IN VLNIS!

Augurium firmum sic anagramma putas.
Quin precor, ut simili quondā tua laude virescāt
Facta: Decor, Virtus & super astra volent.

Henricus Mylphort Vratis. Silef.
amico & fratri iucun-
dissimo F.



99 A 6903

(Nr. 24)

nicht

(aufgestanden)

ULB Halle
002 636 220

3



(8)

VDT7

TA-06

erit ad sufficiationem
operationem

quoniam quodcumque invenimus

B.I.G.

Black



20.

Disputatio de Febribus
SECUNDA.
Continens
**FEBRIS EPHE-
MERÆ NATVRAM,
DIFFERENTIAS, CAVSAS, SI-
gnata & curationem,**

Quam

D. T. O. M. F.

Sub praesidio
DVNCANI LJDDELII SCOTI,
PHIL. ET MED. DOCTORIS, EIVSDEM FACVL-
tatis & Superiorum Mathematicarum Professoris Publici, in
illustri Academia Iulia,

pro viribus tueri conabitur
IOANNES LOIECIVS OPPOL.
Silef. Med. stud.

Ad 29. Novembris.

HELMESTADII
Excudebat Iacobus Lucius.
Anno CIC. ID. CI.